Liber

talarum dicimus non lusum & ludum alearum qui etiam lege p-
hibet quidam etiam hunc lusum vocant ut Suetonius li.
iiii° ut me ex lusu quidem alearum compendium spreveris
Dicimus etiam ludum scolam ipsam ubi et puerili et spes est
et certe labor atque vapulatio ut dionisius tyrannus regno eiec-
tus factus est ludi magister Et camillus ludi magistrum discipulos
hostibus prodentem prehibuit Est igitur ludus tum alearum quam
quidam aream tum scola grammatice quam triuialem scienti-
am dicimus quod in triuiis & compitis docet hoc ideo igitur admo-
nui quod quidam imperiti triuialem scientiam appellant gramati-
cam rhetoricam dyalecticam quadriuialem alias quatuor libe-
ralium artium Ludus igitur ut dicebam est alearum quoque artium
sicut musice ut apud terentium de fidicina que quottidie disce-
bat in ludo De gramatice scola ut mea fert opinio ma-
gis quam rhetorice intelligit Cicero de Oratore cum inquit
hec in ludo non percipit fiscales enim cause ad pueros deferunt
et statim hoc est in ludo causarum fere formula Nam ut dicit
Quintil. rhetores suas professiones et gramatici alienas oc-
cupauerunt Siquidem grammatici etiam rhetoricam docent quod
indicant etiam ipsius quoque Ciceronis verba cum pueros non
iuuenes nominat Ludus amorum quidem ut senece gladiato-
rius ubi discunt gladiatores ut aput Quintil. quod dum pirate
in carcere retentum qua duntaxat illis promiserant patre
in ludum vendiderunt tanquam decepti Et iterum et iterum dedita
nocte mancipia sentissime Tiro gladiator ut nouissime
perdes calamitatis mee innocentiam discebam quottidie sce-
lus nos tamen gladiatores sequemur quem ludos dicimus quo-
tiens vnum pla. ne par gladiatorum ad spectaculum pug-
naturi producunt que res munus gladiatorum appellatur quia
populo tanquam munus donatur et qui donat munerarius
et qui familia gladiatorum hunc gladiatores quos domi in dis-
Lanista ciplina ut dixi in ludo exercet ac quos vendit lanista voca-
tur Ludi gladiatorum sicut ludi appollinares Ludi circenses
Ludi seculares nam spectacula utique in honore deorum ludos
antiqui vocabant ut non absurdum sit solemnitate in natali-
die sanctorum presertim cum apparatu illo et pompa ludos vo-
cari nam quo alio nomine vocemus illam spectaculi exhibi-
tionem qualis fit in multis italie ciuitatibus ut audio in mul-
tis aliis prouinciis hec de ludo et ludis hactenus de lusu quod
aliquid afferat ceterum Quintilianus nec me offenderit
lusus in pueris est enim hoc signum alacritatis et cum paulo post

Quartus

Sunt etiam non nulli acuendis puerorum ingeniis non inuti-
les lusus - Libertas loquendi in bono accipitur Licentia
11 libertas in loquendo accipitur in bonum cum quis non timide
quod seruile est sed ingenue & libere hoc est ut hominem
liberum decet loquitur Licentia uero in malum qui hac
libertate abutimur usque ad temeritatem ac procacitatem vnde
Quintilianus Que in aliis libertas est in aliis licentia
vocatur In agendo simili quoque modo ut libere faciat libere agit
i. digne libero homine Cicero sepe de libere dictis ac factis
loquitur De licentia gladiatorum queritur Quintilianus
porro qui confessionem defendit non absolutionem sceleris petit sed
licentiam Est autem huius nominis significatio impunito quedam
facultas agendi quicquid velis de facto loquor nam de verbo
iam dixi quod dubitationem non habet Ideo hoc dico quod vide-
tur posse in dubium de facto Siquidem Salustius in Iugur-
tino ita ait Romanum legatos rege iubet agendarum rerum et
quocunque modo componendi licentiam illis permittit quod nesci-
o an in malum accipi debeat quasi ut male et cum damno
aut dedecore magis possint componere quale est Quintiliani
An existimas hanc legatis dari peccandi licentiam ut quecunque
scelera in eo officio commiserint cum his omnibus ac una lege
concedant An etiam in bonum ut solent dicere iuris consulti
data est mihi licentia eundi redeundi qualiter & plerique ceterorum
scriptorum loquuti sunt - Indulgentia Venia Vulgo id sunt
18 Indulgentiam vulgo accipit pro venia vnde indulgen-
tiam tibi deus tribuat vel deus tibi indulgeat quod
quis neget dici non latine Indulgere enim est concedere
et ut sic dicam obsequenter delicateque tribuere Cuius rei ite-
admoneri debuerant certo illo versu nescio huius cuius sed
certe inter modernos auctores latinissimum et quo nemo tamen
scripsit elegantius illis annis indulgere gule noli que ventris
amica est Numquid in gulam nequaquam uniuersa diceres veniam
esse Anquam peccati An ne quintiliani ut illa perret Quin-
tilianus mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus
neruos omnes et mentis & corporis frangit Non ergo indul-
gentia pro venia accipienda est Est enim venia remissio cul-
pe ut idem peccati veniam peto et errare hominis est et quoque
nostre patris. melius qui etiam veniam pro indulgentia
accipiunt ut Virgilius eneidos Orantes veniam templum clama-
more petebant Et Cicero pro archia Dabitis mihi hanc
veniam et indulgebitis concedite quod mihi hoc sic forte peccaueris

Ende

Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;